AUTHOR:

STUERENBURG
RUDOLPH

TITLE:

CORRUPTOS ALIQUOT
AESCHYLI

PLACE:

HILDBURGHAUFEN

DATE:

1847

Master Negative #

91-80249-25

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG91-B72332          Acq Maintenance  NYCG-PT
FIN ID NYCG91-B72332 - Record 1 of 1 - Record updated today
+
  ID:NYCG91-B72332    RTYP:a     ST:p    FRN:     MS:       EL:        AD:08-08-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?    CSC:?   MOD:     SNR:       ATC:       UD:08-27-91
  CP:nyu     L:lat     INT:?    GPC:?   BIO:?    FIC:?      CON:???
  PC:r      PD:1991/1847        REP:?   CPI:?    FSI:?      ILC:????  MEI:?   II:?
  MMD:      OR:    POL:    DM:     RR:           COL:       EML:      GEN:   BSE:
  040     NNC‡cNNC
  100 10  Stuerenburg, Rudolph.
  245 10  Corruptos aliquot Aeschyli, Ciceronis, Taciti locos emendare conatus e
       st Rudolphus Stuerenburg‡h[microform].
  260 0   Hildburghaufen,‡bgedruckt bei Friedrich Wilhelm Gadow & Sohn,‡c1847.
  300     26 p.
  LDG     ORIG
  QD      08-08-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 14X?A

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9/19   INITIALS BG

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Einladungs-Programm

zur

Anhörung der öffentlichen Prüfung

der Schüler

des

Gymnasiums zu Hildburghausen

am 25. und 26.

und der Redefeierlichkeit

am 27. März.

Inhalt:

Hildburghausen,
gedruckt bei Friedrich Wilhelm Gadow & Sohn.
1847.

I.

Aesch. Prometh. v. 6. ἀδαμαντίναις πέδησιν ἀῤῥήκτοις πέτραις. Sic Ald. et codices omnes, nisi quod ἐν post πέδησιν sive casu sive ex vetere glossemate addunt. Rob. quidem metri caussa πέδαις ἐν pro πέδησιν ἐν edidit. Omissum est ἐν iam a Suida. Qui addendam praepositionem putarat, hunc ipsum dativum ἀῤῥήκτοις πέτραις ex proximo πρός pendere non viderat. Repetitur enim cum maxima vi ἀῤῥήκτοις πέτραις post πρὸς πέτραις. Atque sic quidem Crati mens egregie declaratur. Quod vulgo ex Schol. Arist. Ran. 826 edunt ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀῤῥήκτοις πέδαις, aut ipsius scholiastae aut veteris grammatici est commentum qui repetitum πέτραις concoquere non potuit. Laborat autem vulgata inani verborum strepitu: maximeque displicent δεσμῶν πέδαι nec ἄῤῥηκτοι πέδαι tantam habent vim quantam ἄῤῥηκτοι πέτραι. Ipsum quoque ἀδαμαντίνων δεσμῶν propter gravissimi verbi ἀδαμαντίνων coniunctionem cum vulgari illo δεσμῶν languet.

v. 19. σὲ δυσλύτοις ἄκοντ' ἄκων χαλκεύμασι. Hunc verborum ordinem de coniectura restituendum putavi. Ald. et Rob. contra metrum ἄκοντ' ἄκων σε δυσλύτοις χαλκεύμασι, quod Turnebus secutique editores omnes eo sibi emendasse videbantur quod ἄκοντα σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασι scribebant. Fugit editores vulgari mendo, ut v. 559 et 560, transposita esse verba. Nec sane bene in vulgata aut σ' interponitur, cum ex more talia deinceps ponantur,

aut δυσλύτοις cum ipso χαλκεύμασι coniungitur, cum talia, ut utrumque magis exprimatur, diiungi soleant. Saepe autem in initio versus σέ, μέ, σοί, cetera poni constat. Cf. v. 788, v. 944, v. 983.

v. 188. ἀλλ' ἔμπας, ἔμπας οἴῳ μαλακογνώμων ἔσται ποθ', ὅταν ταύτῃ ῥαισθῇ. In conclamato loco ex Ald. Rob. οἴῳ recepi et ἔμπας de coniectura bis scripsi. Verba ἔμπας, ἔμπας οἴῳ illud tempus respiciunt quo Prometheus in Tartaro prorsus, prorsus solus versabitur neque aut a Diis aut ab hominibus sermones cum eo conferentur. Scit enim Prometheus se mox in Tartarum coniectum iri. Obscuritate autem verborum qui audiunt maxime moventur. Atque etiam illis verbis quae supra a Prometheo v. 152—157 dicta erant, idem illud significari apparet. Nam quod illo loco poeta non ἤδη post εἰ γάρ adiecit, prudentissime est factum, ne nimium videretur aperiri. Hac ipsa denique coniectura vocabulum ταύτῃ, quod in vulgata lectione nihil habet ad quod referatur, egregium fit. Etenim si haec ultima ratio qua Jupiter ad frangendum Promethea utetur, irrita erit, tum demum Prometheus liberabitur.

v. 263. ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς πράσσοντας· ὧδε ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην. De coniectura ὧδε scripsi pro ἐγὼ δέ. Sententia haec est: *sic, ut nunc evenerunt, haec omnia eventura sciebam.* Non enim ὅδε, ὧδε solum ad sequentia spectare, sed etiam demonstratione quadam de praesentibus rebus dici constat: de qua re confer. Matth. Gr. Gr. §. 470, 1 et Krueg. Gr. Gr. §. 51, II, 7. Servavi autem τοὺς κακῶς πράσσοντας, sicut in omnibus codicibus legitur, neque eos secutus sum qui de coniectura τὸν κακῶς πράσσοντα scribendum putarunt. Pluralis numerus in communi sententia rectissime est positus; quamquam enim quae dicuntur ad unum Promethea spectare poterant, tamen optime Prometheus commemorat talem hominem qui malis non ipse sit pressus facile posse miseros admonere multoque, credo, verba Prometheo digniora sunt, cum non de se misero, sed de aliis miseris loquatur.

v. 541. μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον Ζηνὶ στύγος. Lacuna hujus versus additis verbis Ζηνὶ στύγος i. e. für Zeus ein Gegenstand

des Zornes, forsitan expleta sit. Facile propter sequens Ζῆνα illa verba intercidere potuerunt nec sententia aliud requirere videatur.

v. 550. ἃ τὸ φωτῶν, ἀλαὸν φωτῶν γένος. Iterum posui omissum in codicibus altero loco φωτῶν, quod cum supervacaneum haberetur, deletum esse existimo. Bis vero pulcherrime ponitur.

v. 712. οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλ' ἁλισταῖς γύποδας χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα. De coniectura ἁλισταῖς pro ἁλιστόνοις scripsi egregiumque aliquando vocabulum γύποδας restituendum putavi. Est enim γύπους, erlahmter Fuß, optime hoc loco commemoratus nec in ipsa forma vocabuli haerebis, modo similiter ἡμίπους formatum esse recordere. Mari adspersas rupes ἁλιστάς dici non poterit esse mirum.

v. 790. ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον, πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλίου στιβεῖς πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης. Conclamatus locus Iohannis Siebelisii, viri amicissimi, coniectura ἡλίου στιβεῖς pro ἡλιοστιβεῖς ita sanatus est, ut quod desideretur, nihil restare videatur, nec sane quisquam moleste feret vocabulum ἡλιοστιβής nullo iam, quod sciam, loco legi. Sententia haec est: so schreitest du zu dem leuchtenden Aufgang der Sonne das tosende Meer durchschneidend, bis du zu den Gorgonischen Gefilden von Kisthene gelangt bist. Ipsum vocabulum ἡλιοστιβής, von der Sonne betreten, ne apud Aeschylum quidem ferri posse videatur. Homericum quidem ἠλίβατος quomodo intelligi debeat, iampridem est cognitum.

II.

Cic. Tusc. I, 10, 20. *Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse: cuius vis, ut iam ante Pythagorae visum erat, in natura maxima esset. Eius doctor Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est*

rationem, in capite, sicut in arce posuit et duas partes ***se separare*** *voluit, iram et cupiditatem, quas locis disclusit, iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit.* Omissum in codicibus *se* restituendum putavi; nam *parere* quod hodie a plerisque ex Vaticano receptum est, cum in ceteris codicibus omnibus, in ipso quoque Regio, sicut Tregderus testatur, *separare* legatur, non a Cicerone, sed a grammatico, qui in *separare* corruptelam latere viderat, profectum videtur. Sententia ipsa *se separare,* non *parere* commendatur: agitur enim ut antea in *ratione* de loco in quo Plato duas illas partes, *iram et cupiditatem* posuit. Facile *se* ante *separare* intercidere potuisse apparet. Quod denique non *separari,* sed *se separare* dictum est optimum est. Etenim si se separant a ratione duae illae partes, non eundem sibi locum atque rationi deberi ipsae quodammodo sentire videantur. Esse autem in verbis *se separare* ex proximis *a ratione* intelligendum manifestum est.

16. 37. Unde animae excitantur obscura umbra aperto ostio Altae Acheruntis salso sanguine, ***imagines mortalium.***

Sanasse mihi videor locum conclamatum eo quod pro omnium codicum lectione *imagines mortuorum,* quae non solum metro sed etiam sententiae repugnat, *imagines mortalium* restituendum putavi. Qui transpositione se versui mederi posse putarant, non viderant in transpositis ipsis verbis *mortuorum imagines* remansisse vitium maximum. Non sane enim mortuorum hominum animae, sed viventium imagines sunt, ut primo hoc ipsum *imagines viventium* pro *imagines mortuorum* restituendum putarem. Poterat enim fieri ut qui grammaticus viventium commemorationem non concoqueret, cum de mortuis ageretur, supra deletum vocabulum *viventium* contrarium illud *mortuorum* scriberet. Facile vero Iohannes Siebelisius mihi persuasit, si viventium commemoratio necessaria esset, coniecturam *mortalium* pro *mortuorum* faciliorem fore optimeque *imagines mortalium* Homerico illi εἴδωλα βροτῶν

respondere. In ceteris nihil est quod offendat. Nam salso sanguine, id est sale et sanguine animas ex Averni lacu excitari dici quis miretur? Apud Homerum quidem Ulysses solo sanguine animas excitat, apud hunc poetam animae non solo sanguine, sed mixto sale et sanguine excitantur. Sanguinis enim saporem voluit acriorem etiam esse.

16. 38. *Itaque credo equidem etiam alios tot saeculis, sed, quod litteris extet,* ***probe*** *Pherecydes Syrius primus dixit animos esse hominum sempiternos.* Cum in codicibus aliquot, ut in Aug. Guelpher. multisque editionibus veteribus *probo* ante *Pherecydes* inventum sit nec intelligi posse omnes consentiant, rectius sane ii statuisse videntur qui corruptum aliquod vocabulum in *probo* latere existimarunt quam qui Regio multisque aliis codicibus in quibus vocabulum illud omittitur fidem habuerunt. Nec enim facile quisquam unde perversum istud *probo* in codices illos et editiones irrepserit ostendat, nisi mendo quodam *probo* in antiquo codice scriptum esse ipsumque postea *probo,* cum intelligi non posset, a grammatico notatum esse sumpserit. F. A. Wolfius offensus in ipsis verbis *quod litteris extet* propter rariorem vocabuli *extet* usum *probo* ex *proditum* corruptum esse opinatus est nec multis verum se vidisse persuasit. Nam in promptu esse simillimos locos ut Brut. 15, 57, d. Invent. I, 26, 39, iam Moserus docuit. Latet in *probo,* nisi omnia me fallunt, *probe,* quod est pulcherrimum hoc loco. Commendatur enim adiectum *probe* et eo quod non nimia est laus eius qui dixit primus vel potius litteris primus id consignavit quod etiam alii tot saeculis dixerant et eo quod tali quidem laude is qui primus id litteris consignaverit dignus haberi debet. Vertas enim *probe,* cum minus sit multo quam *optime* aut *egregie,* nostro sermone ganz gut. Sic etiam ad Att. V, 1, 1. *De Annio Saturnino curasti probe;* VII, 3, 3. *De animo autem meo erga rempublicam bene facis quod non dubitas et illud probe indicas nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione illum in me liberalem fuisse.* Respondet denique adiecto *probe* collocata post expressum *animos* copula egregie. Nam eo ipso quod animos esse hominum

sempiternos nec aliud quidquam primus scripsit laus illa Pherecydis continetur. De collocatione copulae in alt. Arch. edit. et in alt. Offic. edit. saepius dixi.

20, 45. *Etenim si nunc aliquid assequi se putant qui ostium Ponti viderunt et eas angustias per quas penetravit ea*

> *Quae est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri*
> *Vecti petebant pellem inauratam arietis.*

Sanasse hunc locum eo mihi videor quod et verba *quae est nominata Argo quia* et verba *in ea* versus integri, non Tullianae orationis partem esse iussi. Indicare versum et satis mire in ipso versu interposita verba Tullianae orationis poterant et post *quae* collocata copula (nam in versu quidem *quae* optime maiore quadam vi exprimi poterat, non item in quietissima Ciceronis oratione) et amplior illa commemoratio navis quae poeta magis quam Cicerone digna est et denique integer versus ipse.

42. 101. *Tales innumerabiles nostra civitas tulit. Sed quid duces et principes nominem cum legiones scribat Cato saepe alacres in eum locum profectos unde redituras se non arbitrarentur? Pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt in quos Simonides:*

> *Dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse jacentes,*
> *Dum sanctis patriae legibus obsequimur.*

Quid? ille dux semidea dicit: Pergite animo forti, Lacedaemonii, hodie apud inferos fortasse coenabimus. Quod adhuc omnes ediderunt *quid ille dux Leonidas dicit?*, nec propter languidissimum ac prope puerile dicendi genus placet nec ulla fere codicum nititur auctoritate. Non enim *Leonidas* in codicibus, sed *Semidam* in Reg. et Gud. 2, in Gud. 1 *Semidā*, in nonnullis Bouhierii et Victorii codicibus *semidea* legitur, ut hoc ipsum *semidea,* in aliis codicibus servatum, in aliis corruptum, aliquando restituendum putarim. Nam et *Quid?* et *ille dux* et *semidea* egregium est. Transitum *Quid?* ad maius parare notum est, *ille dux,* cum omnes sciant Leonidam intelligi, optimum est, *semidea*

insolitum quidem, sed non magis insolitum quam ipsa illa Leonidae vox. Atque hoc libentius Cicero *semidea* dixisse videatur cum quod cecidit mox Leonidas ipsisque verbis illis et morte Dei propemodum magis quam hominis similis extitisse visus est, tum quod proavus Leonidae, ut ex Herod. VII, 204 notum est, semideus ille fuit Hercules. Non alio, quod sciam, loco rarissimum vocabulum *semideus* de rebus, sed tantum de hominibus dici non est quod mirere; remanet enim dei quaedam notio etiam in semideo, ut res quidem certe proprie semideae dici non possint. Conferre quidem ut non prorsus dissimile *semideum genus* apud Ovid. in Ibin 80 et *pecus semideum* apud Stat. Theb. VI, 111 poteris, sed nimirum in hoc loco ipso caussam sitam esse cur ita dictum sit ostendisse praestabit. Hoc ipsum vocabulum *semidea* magis etiam tueri codicum lectionem *Pergite animo forti* non potest esse obscurum. *Prandete,* quod pro *pergite* ex coniectura quidam scribi voluerunt, non sane bene verbis *Quid? ille dux semidea dicit,* conveniret. Cicero cum ad eximiam illam ac prope divinam fortitudinem et constantiam lectorem attentum effecisset, prandii commemorationem incommodam esse putavit eiusque loco ea verba posuit ex quibus ipsis quoque constantia Leonidae cognosceretur.

44. 105. *Ecce alius exoritur e terra qui matrem dormire non sinat:*

> *Mater, te appello, au quae curam somno suspenso levas,*
> *Neque te, te mei miseret? surge et sepeli natum!*

Coniectura pro *tu,* sicut perverse in plerisque et optimis codicibus legitur (omissum est *tu* in Duisb. Gu. 2. Vind. 1. uno Oxon.) *au* restituendum putavi. A Deiphilo matrem ex somno excitante egregie *au* particulam verbis adiici, cum praesertim tam cito a se suspensum matris somnum conqueratur, facile apparet. Caussa igitur adiecti *au* cum in ipso somno *suspenso* insit, non is sum qui cum paucioribus et deterioribus codicibus ut cum duobus Oxon. Gud. 2. Marb. Rehd. *suspensam* praeferam, sicut editores fecerunt plerique. Ut enim pulcherrimum *suspenso,* ita perversum est *suspensam* et ipso adiecto *au* prorsus conficitur. Facile vero

grammaticum adduci potuisse ut *au* corruptum haberet atque *t* litteram neglecta sententia et metro supra deletum *a* scriberet non negabis. In altero versu cum plerique codices *te mei*, paucissimi, ut Gud. 2. et Duisb., *mei te* habeant sententiaque duplex *te* maxime commendetur (vertas und auch du, du erbarmst dich meiner nicht?), non dubitavi *te, te* ex coniectura restituere. Extremam partem versus intactam reliqui. Nam quod Moserus ex Bouhierii emendatione, qui apud Acronem ad Horat. sat. II, 3, 60 vestigia antiquae lectionis in verbis *soror surge* sibi invenisse visus est, *oro* post *natum* adiiciendum putavit ut extremum huius ipsius versus vocabulum proximum *prius* habeatur, ingeniosa magis quam certa est emendatio.

II. 16. 38. *Quin etiam videmus ex acie efferri saepe saucios et quidem rudem illum et inexercitatum quamvis levi ictu ploratus turpissimos edere. At vero ille exercitatus et vetus ob eamque rem fortior medicum modo requirens a quo obligetur*

E. O Patrocles, inquit, ad vos adveniens auxilium et vestras manus
Peto, priusquam oppeto malam pestem au datam hostili manu.

Ex corrupta omnium codicum lectione *mandatam* coniectura *au datam* restituendum putavi. *Mandatam* nec sententiam nec versum ferre plerique viderunt Bentleiique coniecturam *datam* receperunt. Ipse quoque quamquam egregie inventum *datam* existimo, tamen quomodo *mandatam* ex *datam* fieri potuerit non video. Ipsa sententia cum suadeat ut *au* addatur, non dubitavi *au datam* ex *mandatam* facere. Nam facillime potuisse, praesertim antegressa littera *m*, *mandatam* a grammatico supra deletum *au datam* scribi apparet. Conferatur etiam d. Off. III, 18, 74, ubi non iam *hunc au dico patronum*, sed *hunc ah dico patronum* legendum esse mihi persuasi. Stomachantis enim, non querentis illo loco est oratio. Et respondere constat nostro *ha* Romanorum *ah*.

In Cat. II, 10, 22. *Postremum autem genus est non solum numero verum etiam genere ipso atque vita quod proprium est Catilinae, de eius delectu, immo vero de complexu eius ac sinu, quos pexo capillo, nitidos aut imberbes aut bene barbatos videtis, manicatis et talaribus, sed tritis tunicis, velis amictos, non togis: quorum omnis industria vitae et vigilandi labor in antelucanis coenis expromitur.* Cum in Teg. Em. Archiep. Par. 1 text. Pal. 2 *manicatis et tritis*, in Sal. Par. 1 marg. Graevv. *manicatis et talaribus*, in aliis multis *manicatis et talaribus ac tritis* legatur, hoc dubitari non potest quin *sed tritis* pro *ac tritis* Ciceroni aliquando restituendum sit. Hoc ipso enim quod tunicae talares illae quidem, sed tritae fuerunt, optime mala istorum hominum condicio ostenditur. Coniectura ipsa *sed* pro *ac*, praesertim cum *s* littera antecedat, facillima est.

IV. 6. 11. *Quamobrem sive hoc statueritis, dederitis mihi comitem ad contionem, populo carum atque iucundum, sive Silani sententiam sequi malueritis, facile me atque vos a crudelitatis vituperatione populi Romani defendetis, exsolvetis.* Cum in Teg. Archiep. Parr. 1. 2. 3. 5. Erfurt. text. *vituperatione defendetis*, in Erf. supr. lin. Parr. 4. 6. 7. 9. Pall. sext. dec. Graev. primo *vituperatione P. R. defendetis*, in Coloniensi, Graev. sec. Barb. Bav. *vituperatione P. R. exsolvitis*, in Salisb. *a* praepositione omissa *vituperatione P. R. exsolvetis* legatur, non dubitavi Ciceroni et verba illa *populi Romani*, sicut in optimis codicibus inventum est, et de coniectura, cum in optimis codicibus aut *defendetis* aut *exsolvetis* (*exsolvitis*) scriptum sit, utrumque illud vocabulum restituere. Duos genitivos unum subiecti alterum obiecti ex eodem posse substantivo pendere constat. Conferantur Ramshorn. grammat. Lat. §. 107, 2; Krueger. §. 677, 4. Optime autem his verbis adiectum esse *populi Romani* ipsa sententia loci ostendit: populum enim et in prioribus et in his verbis maxime respicit. Restitutorum denique verborum *defendetis, exsolvetis* illud ad *me*, hoc ad *vos* spectare apparet. Senatores enim facile semet ipsos crudelitatis vituperatione populi Romani exsolvent et Ciceronem vituperatione illa defendent. Egregie vero propter summam verbi *exsolvetis* vim asyndeton est positum.

III.

Tac. Ann. II, 11. *Cariovalda diu sustentata hostium saevitia hortatus suos ut ingruentes catervas globo* o f f r i n g e r e n t *atque ipse in densissimos inrumpens congestis telis et suffosso equo labitur ac multi nobilium circa: ceteros vis sua aut equites cum Stertinio Aemilioque subvenientes periculo exemere.* Lipsio auctore secuti editores omnes *frangerent* pro corrupta codicis Florentini lectione *fringerent* edi iusserunt, quamquam, si *frangerent* restituatur, haud verisimilis est corruptae lectionis origo. Scribendum censeo *offringeret:* nam et facillime *of* intercidere potuisse, cum antegressum vocabulum *o* littera terminetur, sequens *f* littera incipiat, apparet et ipsum *offringendi* vocabulum aptissimum est. Respondet enim pulcherrime *offringendi* vocabulum antegresso *ingruentes* cumque ingruere dicantur catervae, non modo frangendas globo, sed offringendas esse dicit. Non alio loco translate dictum videri offringendi verbum, sed paucis illis locis in quibus repertum sit, ut Varr. R. R. I, 29 et 32 et Colum. II, 11, 3, propriam verbi vim cognosci, commemorandum quidem, sed non mirandum est.

III, 14. *Sed iudices per diversa implacabiles erant: Caesar ob bellum provinciae inlatum, senatus numquam satis credito sine fraude Germanicum interiisse:* s i *scripsissent expostulantes, quod haud minus Tiberius quam Piso abnuere.* In conclamato loco *si* interponendum putavi, quod antegressis litteris *se* et sequentibus *sc* facile intercidere potuit. Sententia haec est: etwa gewechselte Briefe beider herausverlangend. Quodnam sit subiectum verbi *expostulantes,* non poterit esse obscurum. Sunt ii iudices, qui senatores erant, non ipse quoque Caesar. Proximum *quod* ad quidnam referendum sit, in promptu est, non ad *expostulantes,* sed ad verba *si scripsissent;* negabant enim Tiberius et Piso Germanicum cum Pisone de illis rebus per litteras egisse.

IV, 33. *Igitur ut olim plebe valida, vel cum patres pollerent, noscenda vulgi natura et quibus modis temperanter ha-*

beretur, senatusque et optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, callidi temporum et sapientes credebantur: sic converso statu neque a l i o r e r u m, *quam si unus imperitet, haec conquiri tradique in rem fuerit, quia pauci prudentia honesta ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt, plures aliorum eventis docentur.* Optimam Ryckii coniecturam *alio* pro corrupta codicis Florentini lectione *alia* secutus sum, ut intelligatur *statu,* quod Acidalius adiiciendum esse putarat. Ryckii coniectura tam facilis et elegans est ut non longa egeat commendatione. Quod Lipsio auctore editores plerique edi iusserunt *alia re Romana,* nec tam eleganter est dictum et nimis a codicis vestigiis abhorret.

IV, 53. *At Agrippina pervicax irae et morbo corporis implicata, cum viseret eam Caesar, profusis diu ac per silentium lacrimis mox invidiam et preces orditur: subveniret solitudini, daret maritum: habilem adhuc iuventam sibi neque aliud probis quam ex matrimonio solatium: esse in civitate* q u i *Germanici coniugem ac liberos eius recipere dignarentur.* Inter *civitate* et *Germanici* lacuna in cod. Florentino deprehensa est quam alii aliter expleverunt. Quamquam recte plerique statuisse videntur *qui* ante *Germanici* intercidisse, tamen quoniam de lacuna et a Beroaldo et a Pichena proditum est, plus quam *qui* intercidisse apparet. Explere lacunam ne mihi quidem in mentem venit satis habenti de coniectura Tacito *qui* restituere, quod quin interciderit dubitari non potest.

IV, 57. *Inter quae diu meditato prolatoque saepius consilio tandem Caesar in Campaniam* s p e c t a t *specie dedicandi templa apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto, sed certus procul urbe degere.* Desideratum a plerisque verbum ita explendum videbatur ut *spectat* ante *specie* restituerem. Facile *spectat* ante *specie* intercidere potuisse apparet, ipsumque *spectat* sententia loci commendatur. Eundem enim qui diu meditátus erat iter saepiusque consilium protulerat, non admodum verisimile est properasse iter, sed tum quoque moram fecisse. Nam si quis in Campaniam spectare dicitur, huius cunctatio optime declarari videtur.

Hist. I, 70 *id Caecinae per ipsos compertum; et quia praesidio alae unius latissima pars Italiae defendi nequibat, praemissis Gallorum, Lusitanorum Britannorumque cohortibus et Germanorum vexillis cum ala Petrina, ipse paululum cunctatus, num Raeticis iugis in Noricum flecteret, adversus Petronium ivit procuratorem, qui concitis auxiliis et interruptis fluminum pontibus fidus Othoni putabatur.* Pro *ivit,* quod coniectura restituendum putavi, in Mss. Bud. Guelph. edd. Put. Ber. aliis *urbis,* in Mss. Reg. Agr. Flor. alt. Corb. *urbi* legitur, quod utrumque vitiosum esse plerique consentiunt. Verbi vestigia in corrupta lectione latere semper putavi neque intellexi quomodo locus sine verbo intelligi posset. Facillime vero *ivit,* quod sententia loci flagitatur, in *urbi* aut *urbis* corrumpi potuisse nemo negabit.

I, 83 *tam nescire quaedam milites quam scire oportet. Ita se ducum auctoritas, sic rigor disciplinae habet, ut multa etiam centuriones tribunosque tantum iuberi expediat. Si, sicubi iubeantur, quaerere singulis liceat, pereunte obsequio etiam imperium intercidit.* Mss. Flor. Reg. Corb. Harl. Bodl. Ies. Guelph. (a sec. man.) *sicubi,* Ms. Bud. edd. Put. Ber. *si ubi,* ut dubitari non posse videatur, quin Tacitus *si, sicubi* scripserit. Nam quod Waltherus dicit *sicubi* nihil aliud esse nisi *si ubi,* litteram c interponi mitigandae pronuntiationi, nec se credere Tacitum admisisse pessimum illum hiatum *si ubi,* non omnia vera sunt nec faciunt ad defendendum *sicubi* ea notione qua *si, sicubi* dicendum erat.

Schulnachrichten.

Uebersicht des Lehrplans für den Zeitraum von Ostern 1846 bis 1847.

Name der Klasse und des Ordinarius.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.	Namen der Lehrer.
Prima. Ordinarius: Dr. Stürenburg.	Religion: Glaubenslehre und erster Theil der Kirchengeschichte	2	(Weidemann.) Emmrich.
	Lateinisch: Cic. d. Orat. I, II, 35; Tac. Hist. IV, V; Horat. Ep. ad Pis., mehrere Sat. und Od. IV; die Oden der ersten 3 Bücher, Tac. Ann. XIII und Eiuzelnes aus Cic. privatim	5	Stürenburg.
	Korrektur der Uebersetzungen aus Schiller's Geschichte des Abfalls der Niederlande	1	Stürenburg.
	Korrektur der freien Aufsätze . . .	1	Stürenburg.
	Extemporalien	1	Stürenburg.
	Griechisch: Hom. Jl. IV, V, VI, XII, XVIII, 1—367, XIX; hiervon mehreres privatim; Plato's Apologie u. Crit.; Sophocl. Oed. R. Extemporalien	5	Doberenz.
	Deutsch: Litteraturgeschichte von Hans Sachs bis zur romantischen Schule; gelesen wurde Goethe's Götz und Lessing's Laokoon .	1	Stürenburg.
	Korrektur der Aufsätze	1	Stürenburg.
	Freie Vorträge	1	Stürenburg.
	Hebräisch: Psalm I—XL . . .	2	Reinhardt.
	Französisch: Gelesen: Esther und Atalie, zwei Tragödien von J. Racine; ferner: L'henriade von Voltaire, Gesang I, II u. III. — Franz. Litteraturgeschichte des 18. Jahrhunderts (Philosophie und Realwißenschaften). — Wöchentlich ein franz. Extemporale und 14tägige schriftliche Exercitien	2	Müller.

Name der Klasse und des Ordinarius.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.	Namen der Lehrer.
	Mathematik: Stereometrie, Lehre von den diophantischen und höheren Zahlengleichungen, Progressionen	3	Büchner.
	Physik: Mathematische und physische Geographie, Metereologie, Kosmologie, Mechanik	2	Büchner.
	Geschichte: Alte Geschichte mit Ausschluß der Römischen, verbunden mit Uebungen im geschichtlichen Vortrag nach gelesenen Abschnitten des Herodot, Thucydides und Plutarch	3	Siebelis.
Secunda. Ordinarius: **Reinhardt.**	Religion: Pauli Briefe an die Römer, Korinther und Galater	2	(Weidemann.) Emmrich.
	Lateinisch: Uebersetzungen in das Lateinische aus leichtern deutschen Klassikern .	2	Reinhardt.
	Extemporalien	2	Reinhardt.
	Lektüre: Livius I. Cic. Lael. Verg. Aen. IV.	4	Reinhardt.
	Griechisch: Hom. Od. 11, 12, 13 in der Klasse und 18—24 privatim. Xenoph. Hist. Gr. III, IV, 4. Herod. VI, 100 . . .	4	Stürenburg.
	Extemporalien und Korrektur . . .	2	Stürenburg.
	Deutsch: Das Allgemeinste der Poetik entwickelt bei der Lektüre und Erklärung von Schiller's Wilhelm Tell, Goethe's Hermann und Dorothea und lyr. Gedichte von Klopstock, Göthe, Schiller rc. Korrektur der Aufsätze. Freie Vorträge über gegebene und selbstgewählte Themata . . .	2	Henneberger.
	Hebräisch: Grammatik nach Gesenius, Uebersetzungen aus Gesenius Lesebuch . .	2	Reinhardt.
	Französisch: Gelesen: Norvin's Geschichte Napoleon's bis zur ersten Besetzung von Wien. — Grammatik: die Lehre von dem Konjunktiv. — 14tägige Exercitien .	2	Müller.
	Mathematik: Gleichungen zweiten Grades, Kombinationslehre, Wahrscheinlichkeitsrechnung, Kettenbrüche; Stereometrie .	4	Büchner.
	Physik: Elektricität, Magnetismus, Wärmelehre, Hydrostatik, Hydraulik, Pneumatik	2	Büchner.
	Geschichte: Geschichte des Mittelalters bis zur franz. Revolution	2	Henneberger.

Name der Klasse und des Ordinarius.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.	Namen der Lehrer.
Tertia. Ordinarius: (Weidemann.) Doberenz.	Religion: Kombiniert mit Sekunda.		
	Lateinisch: Caes. d. b. g. I—VII. Ovid. Metamorph. II, 1—400, 676 bis zu Ende des Buchs; III, 1—130; 316 bis zu Ende; IV, 1—165, 389 bis zu Ende; VIII, 612—885; Syntax; Extemporalien und Exercitien .	9	(Weidemann.) Doberenz.
	Griechisch: Xenoph. Anab. I, II, III, cap. 1 u. 2; Syntax; Exercitien	6	(Siebelis.) Doberenz.
	Deutsch: Aufsätze; Erklärungen von Gedichten und Prosastücken; Deklamierübungen .	2	(Weidemann.) Doberenz.
	Französisch: Gelesen u. memoriert: mehrere prosaische Stücke aus Müller's Lesebuch. — Grammatik: Syntax bis zum Konjunktiv. — 14tägige Exercitien . . .	2	Müller.
	Mathematik: Planimetrie bis zur Kreismeßung	4	Büchner.
	Geschichte: Kursus der alten Geschichte nach Schmidt's Grundriß	3	Reinhardt.
Quarta. Ordinarius: (Doberenz.) Siebelis.	Religion: Die Synopse der drei ersten Evangelien. — Erklärung des kleinen luther. Katechismus	2	(Weidemann.) Emmrich.
	Lateinisch: Aus Nepos die Lebensbeschreibungen des Hamilkar, Hannibal, Eumenes, Miltiades bis Timotheus; Phaedri Fab. Lib. I u. V. Die hauptsächlichsten Regeln der Syntax nach Kühner's lat. Schulgrammatik; Exercitien; Extemporalien .	9	(Doberenz.) Siebelis.
	Griechisch: Einübung der Formlehre, Extemporalien; Lektüre der Mythologie aus Jacob's Lesebuch, mit Ausschluß der Gespräche	6	(Doberenz.) Siebelis.
	Deutsch: Korrektur der deutschen Aufsätze, Erläuterung und mündliche Erzählung der in Schmidt's Lesebuch, II. Kurs., gelesenen Abschnitte. Uebungen im freien Vortrage über Gegenstände der latein. nnd griech. Lektüre und in der Deklamation von Gedichten	3	(Doberenz.) Siebelis.
	Französisch: Gelesen und memoriert: mehrere prosaische Stücke aus Müller's Lesebuch. — Grammatik: Formlehre repetiert und Einiges aus der Syntax absolviert .	2	Müller.

Name der Klasse und des Ordinarius.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.	Namen der Lehrer.
	Mathematik: Planimetrie bis zu gradl. Figuren in dem Kreis und um den Kreis	3	Henneberger.
	Naturgeschichte: Mineralogie . .	2	Büchner.
	Geschichte: Deutsche und sächsische Geschichte	2	Reinhardt.
	Geographie: Außereuropäische Länder .	2	Reinhardt.
	Rechnen:		
	I. Ord. Rechnen mit Proportionen; Kopfrechnen	1	Bodenstein.
	II. Ord. Regel de tri, Regel quinque, septem u. s. w.; Repartitions-Rechnung; Kettenregel; Zins-, Tara-, Alligations-Rechnung	3	Bodenstein.
Quinta. Ordinarius: (Siebelis.) Henneberger.	Religion: Ausgewählte Abschnitte der biblischen Geschichten des alten und neuen Testaments	2	(Weidemann.) Emmrich.
	Lateinisch: Die erzählenden Stücke aus Ellendt's latein. Lesebuch und außerdem Nep. Miltiades übersetzt. Repetition der Formlehre und Einübung der leichtern syntakt. Regeln. Exercitien und Extemporalien	9	(Siebelis.) Henneberger.
	Deutsch: Erläuterung erzählender Stücke aus Schmidt's Lesebuch; mündliche und schriftliche Wiedererzählung derselben. Lehre vom einfachen und zusammengesetzten Satz. Korrektur der Aufsätze. Leseübungen. Deklamation	3	(Siebelis.) Henneberger.
	Französisch: Leseübungen. — Grammatik: Formlehre bis zu den unregelmäßigen Verben. — Einige Fabeln aus Müller's Lesebuch zergliedert und memoriert .	3	Müller.
	Naturgeschichte: Zoologie . . .	2	Büchner.
	Geschichte: Allgemeine Weltgeschichte .	2	(Siebelis.) Henneberger.
	Geographie: Europa	2	Henneberger.
	Rechnen: Gemeine und Decimalbrüche; Kopf-Rechnen	3	Bodenstein.
	Kalligraphie: Nach Vorlegeblättern; langsam Vorgesprochenes mit beständiger Rücksicht auf Kalligraphie nachgeschrieben .	2	Bodenstein.
Sexta. Ordinarius: (Henneberger.) Emmrich.	Religion: Ausgewählte Abschnitte der biblischen Geschichten des alten und neuen Testaments	3	(Weidemann.) Emmrich.

Name der Klasse und des Ordinarius.	Lehrgegenstände.	Wöchentliche Stundenzahl.	Namen der Lehrer.
	Lateinisch: Formlehre; die leichtesten Regeln der Syntax; Exercitien u. Extemporalien; Vokabelübungen nach O. Schulz Tirocinium	9	(Henneberger.) Emmrich.
	Deutsch: Satzlehre; Uebungen im Lesen und Erzählen nach Schmidt's Lesebuch; Aufsätze; Deklamation	4	(Henneberger.) Emmrich.
	Naturgeschichte: Zoologie . . .	3	Büchner.
	Geographie: Einige allgemeine Vorkenntnisse aus der mathematischen und physischen Geographie; Ueberblick über die Welttheile nach Selten	2	Bodenstein.
	Rechnen: Die 4 Species in ganzen Zahlen; Kopfrechnen	4	Bodenstein.
	Kalligraphie: Vorgeschrieben an die Wandtafel und in die Schreibbücher . .	3	Bodenstein.
Zeichenunterricht.	Zeichnen in 3 Klassen:		
	III. Abth.: Freies Handzeichnen nach Musterblättern von geraden und gebogenen Linien, leichten Ornamenten, einzelnen Theilen des menschlichen Körpers und Landschaften in Umrißen	2	Keßler.
	II. Abth.: Perspectivisches Zeichnen nach Körpern und ausgeführte Zeichnungen nach Vorlagen	2	Keßler.
	I. Abth.: Ausgeführte Zeichnungen mit Kreide und Tusche	2	Keßler.
Gesangunterricht.	Elementarklasse: Unterweisung über Noten, Takt- und Tonarten, Treffübungen, Choräle, ein- und zweistimmige Gesangstücke	2	Bodenstein.
	Mittelklasse: Zweistimmige Gesangstücke für Diskant und Alt; Lieder, Motetten, vierstimmige Choräle; kombiniert mit der Elementar- und Oberklasse . . .	2	Bodenstein.
	Oberklasse: Männerchor; vierstimmige Gesänge für Männerstimmen (s. Mittelklasse)	2	Bodenstein.
Turnunterricht.	Turnen mit dem Cötus. Außer den verschiedenen Reck-, Barren-, Kletter-, Werf-, Lauf-, Spring-, Schwimm- u. a. Uebungen wurden hauptsächlich noch Spiele und militärische Uebungen vorgenommen . .	6	Bodenstein.
	Uebungen der Vorturner und einzelner Riegen	1	Bodenstein.

Chronik.

Durch höchstes Reskript vom 17. April 1846 hat der Lektionsplan der beiden Landes-Gymnasien folgende Abänderungen erhalten: in Cl. I. ist die Philosophie weggefallen; in Cl. II. u. V. sind die 3 Stunden Geschichte auf 2 reduciert worden; in Cl. III. ist die Physik weggefallen und außerdem in dieser Klasse so wie auch in Quarta, Quinta und Sexta eine von den 10 lateinischen Stunden; in Cl. IV. wird Unterricht im Schönschreiben der zweiten Abtheilung dieser Klasse nicht mehr ertheilt, dagegen aber diese Abtheilung besonders in der Geographie und Naturgeschichte unterrichtet; außerdem aber sind die 2 Stunden Geometrie auf 3 Stunden erhöht und der ersten Abtheilung eine besondere Rechenstunde zugewiesen worden. In Cl. V. u. VI. haben die Kombinationen in der Religion und Naturgeschichte aufgehört und erstere Klasse hat wöchentlich 2 und Sexta 3 Stunden in Naturgeschichte und Religion. Biblische Geschichte wird in besondern Stunden in Sexta nicht mehr ertheilt. Nach allen diesen Veränderungen hat der Lektionsplan so angelegt werden können, wie er auch ferner angelegt werden soll, daß keine Unterrichtsstunde von 1—2 fällt und daß die Nachmittage am Mittwoch und Sonnabend völlig frei vom Unterricht mit Ausnahme der Turnstunden im Sommer geblieben sind. Zugleich aber sind mit Beginn dieses Schuljahres in einer am 20. April unter Vorsitz des Herrn Konsistorialrath Dr. Peter, als Herzogl. Kommissarius, abgehaltenen Konferenz folgende ebenfalls die Vereinfachung der Lehrobjekte und der Unterrichts-Methode betreffende Anordnungen getroffen resp. empfohlen worden, die größtentheils sofort ins Leben getreten sind: im Deutschen wird in Prima die Rhetorik und in Sekunda die Poetik nicht mehr in besonderen Stunden vorgetragen, sondern das Wesentlichste dieser Disciplinen bei der Lektüre erörtert, eben so wird in diesen Klassen griechische und lateinische Syntax in besonderen Stunden nicht mehr ertheilt, die Sicherheit aber in diesem Gegenstande soll ein vorzügliches Moment bei der Versetzung aus Tertia nach Sekunda abgeben. Die schriftlichen griechischen Uebungen in Cl. I. u. II. bestehen fortan aus leichteren Extemporalien. Die Lektüre der alten Schriftsteller soll nicht mehr neben einander, sondern nach einander stattfinden, was ebenfalls in den untern Klassen auf Geschichte und Geographie anzuwenden sei; mehrere Fächer des Unterrichts, namentlich der lateinische, griechische und deutsche sollen wo möglich einem und demselben Lehrer anvertraut werden und damit nicht bloß in einer und derselben Klasse, sondern durch die ganze Anstalt hindurch ein einheitlicher und in einander greifender Unterricht erzielt werde, sollen dahin einschlagende Besprechungen und Berathungen in den Konferenzen gepflogen werden.

In Folge Höchster Berufung Sr. Hoheit des Herzogs schied am 31. August 1846 Herr Dr. Albert Weidemann von unserm Gymnasium, um das Rektorat der vereinigten Schulen in Saalfeld zu übernehmen. Seit dem 6. April 1837 war er an dem hiesigen Gymnasium angestellt, in dem letzten Jahre Ordinarius der dritten Klasse und gab seit seinem Hiersein den Religionsunterricht durch sämmtliche Klassen. Möge die von ihm hier ausgestreute Saat fröhlich aufgehen und so sein bei Lehrern und Schülern unvergeßenes Andenken stets frisch bewahrt werden.

Durch den Weggang des Herrn Dr. Weidemann rückten in die nächst höheren Ordinariate Herr Dr. Doberenz, Herr Dr. Siebelis und Herr Dr. Henneberger. Ordinarius der sechsten Klasse ward von dem erwähnten Tage an durch Höchstes Rescript Sr. Hoheit Herr Pfarrvikar Anton Emmrich.

Behufs der Reise mehrerer ordentlichen Lehrer zum Philologenverein in Jena wurden die vier Tage dauernden Michaelisferien mit Bewilligung Eines Hochpreislichen Konsistoriums um drei Tage verlängert.

Zur Vorfeier des fünfundzwanzigjährigen Regierungsjubiläums Sr. Hoheit unsers Durchlauchtigsten Herzogs Bernhard Erich Freund fand Tags zuvor am 16. December im Schulsaale ein feierlicher Redeaktus Statt. Die Festrede hielt Herr Professor Reinhardt.

Durch Höchstes Rescript vom 17. December wurde Herr Dr. Doberenz zum Professor ernannt.

Das Kollegium besteht gegenwärtig aus folgenden ordentlichen und außerordentlichen Lehrern:

Dr. R. Stürenburg, Direktor.
Dr. F. Reinhardt, erster Professor.
Dr. E. Büchner, zweiter Professor.
Dr. A. Doberenz, dritter Professor.
Dr. J. Siebelis, vierter Lehrer.
Dr. A. Henneberger, fünfter Lehrer.
Pfarrvikar A. Emmrich, sechster Lehrer.
Lektor L. Müller, Lehrer des Französischen.
Hofmaler A. Keßler, Zeichenlehrer.
J. Bodenstein, Elementar-, Sing- und Turnlehrer.

Im Laufe des verfloßenen Jahres wurden aufgenommen

I. in Prima:

Bernhard Spanaus aus Pößneck.

II. in Tertia:

Ludwig Vermehren aus Jena.

III. in Quarta:

Emil Oberländer } aus Westhausen.
Theodor Oberländer } aus Westhausen.
Gustav Hoffmann aus Seidingstadt.
August Zinn aus Eisfeld.
Martin Dressel desgl.

IV. in Quinta:

Richard Koch aus Sonneberg.
August Günther desgl.

V. in Sexta:

Ludwig Grobe aus Hildburghausen.
Bernhard Seebeck aus Meiningen.
Wilhelm Knopf aus Sachsendorf.
Franz Bogenhardt } aus Hildburghausen.
Alwin Bogenhardt } aus Hildburghausen.
Hermann Schüerholz desgl.
Edwin Lorbach desgl.
Hermann Grobe aus Eisfeld.
Gustav Kieser aus Wallendorf.
Hugo Witter aus Schalkau.
Emil Schneyer aus Hildburghausen.
Wilhelm Heine aus Oschersleben.
Gotthelf Dressel aus Limbach.
Gustav Schubart aus Frauenwald.
Max Märkel aus Meiningen.

Entlaßen wurden zur Universität mit dem Zeugnis der Reife
Ostern 1847

1) **Eduard Schönfeld**, 18 Jahr alt, israelitischer Konfession, Sohn des Kaufmanns Joseph Schönfeld zu Hildburghausen. Er war 8½ Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, 3 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt die mathematischen Wißenschaften zu studieren.
2) **Johannes Witter**, 20½ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des verstorbenen Schulraths Johannes Witter. Er war 10½ Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, 2 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt Jurisprudenz zu studieren.
3) **Andreas Cronacher**, 19½ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des Tuchmachers Johann Paul Cronacher in Eisfeld. Er war 6 Jahre auf dem hiesigen Gymnasium, 2 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt Jura zu studieren.
4) **Wilhelm Hebenstreit**, 22½ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des Seifensieders Georg Friedrich Hebenstreit in Saalfeld. Er war 7 Jahre auf dem hiesigen Gymnasium, 2 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt Jura zu studieren.
5) **Ferdinand Elßmann**, 22½ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des verstorbenen Försters Friedrich Elßmann zu Kl. Veilsdorf. Er war 11½ Jahr auf dem hiesigen Gymnasium, 2 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt Theologie zu studieren.
6) **Hugo Neumeister**, 22 Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des Pfarrers Theodor Neumeister zu Lindenau. Er war 8 Jahre auf dem hiesigen Gymnasium, 2 Jahre in der ersten Klasse und beabsichtigt Jura zu studieren.
7) **Gottlieb Jacob**, 20½ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des Landrichters Heinrich Jacob zu Römhild. Er war 2 Jahre in der ersten Klasse des hiesigen Gymnasiums, vorher auf dem Gymnasium zu Schleusingen und beabsichtigt Chirurgie und Medicin zu studieren.
8) **Bernhard Spanaus**, 21¾ Jahr alt, evangelischer Konfession, Sohn des Porzellanmalers Karl Spanaus. Er war 6 Jahre auf dem Gymnasium zu Schleusingen, 2 Jahre in der ersten Klasse desselben und darauf ein halbes Jahr in der ersten Klasse des hiesigen Gymnasiums und beabsichtigt Theologie zu studieren.

Abgegangen sind ferner aus Prima:
Gustav Meyer aus Hannover auf das Gymnasium in Lüneburg;
Gustav Koch aus Harras auf das Gymnasium in Meiningen;
Hermann Ortloff aus Jena auf das Gymnasium in Weimar;
aus Secunda:
Julius Krämer aus Heldburg auf die Realschule in Elberfeld;
Julius Schumann aus Ilmenau auf die Realschule in Gotha;
Adolf Hofmann aus Eisfeld auf das Gymnasium in Meiningen;
aus Tertia:
Bernhard Keßler aus Wasungen, unbestimmt;
Ludwig Ronne aus Hildburghausen, um Buchhändler zu werden;
aus Quarta:
Ferdinand Mai aus Greußen, um Apotheker zu werden;
August Pfitz aus Eishausen, um Oekonom zu werden;
Wilhelm Rau aus Goßmannsrod, um Kaufmann zu werden;
aus Quinta:
Gustav Metzeroth aus Hildburghausen, unbestimmt;
Richard Pfitz aus Sonnefeld auf das Gymnasium in Coburg;
Hermann Schreiner aus Hildburghausen auf die Kadettenschule in Erfurt;
Gustav Schumann aus Ilmenau auf die Realschule in Gotha;
aus Sexta:
Ludwig Schmidt aus Hildburghausen auf die Bürgerschule allhier.

Schüler-Verzeichniß.

Nr.	Name.	Alter. Jahr.	Alter. Mon.	Geburtsort.	Stand des Vaters.
	Prima.				
1	Eduard Schönfeld	18	3	Hildburghausen	Kaufmann.
2	Johannes Witter	20	7	desgl.	Schulrath u. Professor. †
3	Andreas Cronacher	19	6	Eisfeld	Tuchmacher.
4	Wilhelm Hebenstreit	22	9	Saalfeld	Seifensieder.
5	Ferdinand Elßmann	22	8	Kl. Veilsdorf	Förster. †
6	Hugo Neumeister	22	2	Brünn	Pfarrer.
7	Hermann Starkloff	22	3	Großkochberg	Superintendent.
8	Gottlieb Jacob	20	7	Themar	Landrichter.
9	Hermann Ortloff	18	7	Jena	Oberappellat.-Präsident.
10	Albrecht Pfranger	22	7	Bürden	Pfarrer.
11	Moritz Vermehren	18	—	Jena	Oberappellationsrath.
12	Richard Kost	17	5	Hildburghausen	Hofrath.
13	Albin Voit	20	7	Heubach	Lehrer.
14	Albin Habenstein	17	4	Sonneberg	Pfarrer.
15	Heinrich Voit	19	4	Heubach	Lehrer.
16	Georg Schwabe	20	11	Ummerstadt	Burgemeister.
17	Eduard Rommel	21	5	Schweina	Justizrath.
18	August Topf	20	11	Kranichfeld	Tuchmacher.
19	Bernhard Spanaus	21	9	Pößneck	Porzellanmaler.
	Secunda.				
20	Eduard Neumeister	21	4	Königsberg	Pfarrer.
21	Philipp Wagner	17	7	Hildburghausen	Justizrath.
22	Rudolf Lozze	21	7	Nordheim	Dr. med.
23	Rudolf Vogler	19	—	Saalfeld	Diakonus. †
24	Karl Sprenger	19	7	Ummerstadt	Adjunctus.
25	Theodor Günther	19	3	Camburg	Kreisrichter.
26	Heinrich Keßler	16	2	Hildburghausen	Hofmaler.
27	Alfred v. Bibra	15	1	desgl.	Konsistorialdirector.
28	Franz Lozze	17	1	Nordheim	Dr. med.
29	Max Schumann	15	3	Blankenhain	Justizamtmann.
30	Heinrich Kost	15	6	Hildburghausen	Hofrath.
	Tertia.				
31	Karl Bräutigam	15	8	Hildburghausen	Lehrer. †
32	Otto Hieronymi	15	8	Meiningen	Assessor.
33	Emil Eckart	16	9	Hildburghausen	Kaufmann. †
34	Justin Birkenstein	15	10	desgl.	Kaufmann.
35	Max Groß	15	3	desgl.	Geh. Justizrath.
36	Daniel Cronacher	17	7	Eisfeld	Tuchmacher.
37	Ludwig Vermehren	15	6	Hildburghausen	Oberappellationsrath.
	Quarta.				
38	Friedrich Appel	15	4	Coburg	Kaufmann. †
39	Eduard Scheller	14	6	Hildburghausen	Kaufmann.

Nr.	Name.	Alter. Jahr.	Alter. Mon.	Geburtsort.	Stand des Vaters.
40	Karl Winzer	16	9	Hildburghausen	Reg. Advocat.
41	Wilhelm Fischer	15	3	desgl.	Poststallmeister.
42	Eduard Jacobi	14	3	desgl.	Reg. Advocat.
43	August Hopf	17	8	Eisfeld	Organist.
44	Louis Crämer	14	5	Römhild	Registrator.
45	Hermann Renninger	14	2	Eisfeld	Dr. med.
46	Martin Heyn	14	2	Sachsendorf	Farbmeister.
47	Ferdinand Krämer	15	—	Heldburg	Dr. med. †
48	Georg Bäutigam	13	3	Hildburghausen	Lehrer. †
49	Ehregott Schubart	15	—	Eisfeld	Metzger.
50	Woldemar Kost	12	7	Hildburghausen	Hofrath.
51	Samuel Birkenstein	12	8	desgl.	Kaufmann.
52	Eduard Rose	12	2	Saalfeld	Referendär. †
53	Otto Keller	12	11	Wasungen	Konsistorialsekretär.
54	Hermann Feilner	14	2	St. Wendel	Rath.
55	August Seebeck	13	—	Berlin	Oberkonsistorialrath.
56	Emil Oberländer	13	8	Westhausen	Pfarrer.
57	Theodor Oberländer	13	8		
58	Gustav Hoffmann	14	3	Heßberg	Pfarrer.
59	August Zinn	14	4	Eisfeld	Tuchmacher.
60	Martin Dressel	13	3	desgl.	Bierbrauer.
	Quinta.				
61	Georg Nottnagel	14	6	Hildburghausen	Hofzimmermann.
62	Friedrich Witter	13	—	Oberneubrunn	Kaufmann.
63	Friedrich Heim	11	5	Hildburghausen	Assessor.
64	Franz Anding	12	—	Camburg	Seminarlehrer.
65	Louis Lozze	12	6	Hildburghausen	Dr. med.
66	Richard Koch	14	1	Sonneberg	Superintendent.
67	August Günther	14	6	Camburg	Kreisrichter.
68	Adolf Heine	12	1	Aschersleben	Seminarlehrer.
69	Hermann Simon	12	5	Hildburghausen	Kaufmann.
	Sexta.				
70	Bernhard Seebeck	10	11	Meiningen	Oberkonsistorialrath.
71	Ludwig Grobe	10	6	Hildburghausen	Sekretär.
72	Wilhelm Knopf	13	10	Löbschütz	Pfarrer. †
73	Edwin Lorbach	12	—	Hildburghausen	Registrator.
74	Hermann Braungart	12	—	Tann	Pfarrer. †
75	David Simon	13	8	Hildburghausen	Kaufmann.
76	Hermann Grobe	10	8	Eisfeld	Posamentier.
77	Albert Keller	10	—	Kranichfeld	Konsist. Sekretär.
78	Emil Schneyer	11	9	Hildburghausen	Kaufmann.
79	Wilhelm Heine	11	9	Oschersleben	Kaufmann.
80	Franz Bogenhardt	10	5	Hildburghausen	Seminarlehrer. †
81	Hermann Schüerholz	12	2	desgl.	Handelsmann.
82	Hugo Witter	11	3	Schalkau	Oberjäger.
83	Gustav Schubart	11	1	Frauenwald	Feldjäger.

Nr.	Name.	Alter. Jahr.	Alter. Mon.	Geburtsort.	Stand des Vaters.
84	Gotthelf Dressel	11	6	Limbach	Fabrikbesitzer.
85	Alwin Bogenhardt	11	4	Hildburghausen	Seminarlehrer. †
86	Gustav Kieser	12	1	Wallendorf	Dr. med.
87	Max Merkel	11	10	Meiningen	Unteroffizier.

Auf den Antrag der Direktion an Ein Hochpreisliches Konsistorium erhielt die Bibliothek des hiesigen Gymnasiums ein Exemplar der Landtagsblätter des letzten Landtags.

Die Schulbibliothek ist in diesem Jahre hauptsächlich durch Fortsetzungen angeschaffter Werke vermehrt worden.

An Geschenken erhielt die Bibliothek des hiesigen Gymnasiums von Hoher Hand den neusten Jahrgang der Augsburger Allgemeinen Zeitung, von Herrn Dr. Bernhard Cotta zu Tharand die zwei ersten Sektionen der geognostischen Karte von Thüringen und von Herrn Dr. Bartenstein hieselbst: Les oeuvres de Virgile, traduites en prose par M. Marolles, Paris 1649.

Gänzliche oder theilweise Befreiung vom Schulgelde erhielten mehrere Schüler.

Das Hennebergsche Stipendium erhielten zum vierten Male Elßmann und A. Cronacher, zum dritten Male J. Witter, zum ersten Male A. Voit und H. Keßler; das Eberhardtsche Stipendium H. Voit, E. Neumeister, Pfranger und Eckart, für die erste Hälfte des Jahres Topf, für die zweite Spanaus.

Aus der Habermannschen Prämienstiftung erhielten am Schluße des Schuljahrs 1846 G. Wurlitzer O. Müller's Geschichte der Griech. Litteratur, J. Witter Homer's Ilias v. J. Bekker.

Diesjährige öffentliche Prüfung am 25. und 26. März.

Stunde.	Donnerstag, den 25. März.		Freitag, den 26. März.	
8—12.	I. Religion.	Emmrich.	III. Mathematik.	Büchner.
	I. Latein.	Stürenburg.	III. Französisch.	Müller.
	I. Geschichte.	Siebelis.	VI. Latein.	Emmrich.
	II. Deutsch.	Henneberger.	V. Latein.	Henneberger.
	II. Mathematik.	Büchner.	V. Rechnen.	Bodenstein.
			IV. Latein.	Siebelis.
2—4.	IV. Griechisch.	Siebelis.		
	II. Latein.	Reinhardt.		
	III. Latein.	Doberenz.		

Am 27. März werden von Morgens 9 Uhr an zwei Schüler der ersten Klasse eigene prosaische Versuche in deutscher und lateinischer Sprache, mehrere Schüler der folgenden Klassen ausgewählte Gedichte und Prosastücke vortragen. Darauf wird der Direktor die diesjährigen Abiturienten entlaßen. Mehrstimmige Gesangstücke werden von den Schülern zum Beginn und Schluß, wie in der Mitte des Aktus vorgetragen werden.

Der neue Kursus beginnt den 12. April. Zur Prüfung der neu hinzukommenden Schüler bin ich den 10. April von 9 Uhr Morgens an bereit.

Dr. Stürenburg.